BERNARDUS CLARAVALLENSIS. NICOLAUS CLARAVALLENSIS. OGLERIUS DE LOCEDIO
Heiligenkreuz (?), Wende 13./14. Jh. (?) Seite 68v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30417
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift



cupio. illud desidero. illud quero. Adhoc in hunc mundum ueni. Quod fa
cis fac cicius. Vis me tradere. Volo uendi. Vis me tradere iudeis. Volo tra
di. Vis ut crucifigar. Volo crucifigi. Vis ut occidar. Volo occidi. Hoc
amo. hoc affecto. Quod facis. fac cicius. Sed o domine ihesu uita mea. totum
desiderium meum. dulcedo mea. non fallens. dulcedo felix. dulcedo delecta
bilis. dulcedo gloriosa. decus angelorum. splendor et gloria sanctorum. quantum
eos diligebas. pro quibus sic mori cupiebas. Nobis uitam. tibi mortem affecta
bas. O misericordiam me. quem hactenus tam nequiter offendi. quem olim sic
abhorrui. Heu dominum ihesum. ipse dominus meus et deus meus. Heu utinam
mille annis in purgatorio. eem cruciatus igne. antequam dominus meus
ihesus sic esset a me offensus. O mi lector. pro me lacrimas funde ad dominum.
ut nunc me clamantem audiat. pulsanti aperiat. consoletur lugientem
dolentem. penitentemque benigne suscipiat. O domine ihesu miserere mei.
et redde mihi iocunditatem uultus tui. qui pro peccatoribus dignatus es mori.
me peccatorem rogo. ne permittas eternis ignibus cruciari. O dulcis
simi fratres. animaduertite sedula cogitatione pensantes. quantum est am
andus. quantum diligendus. qui pro nobis est talia. ac tanta obprobria passus.
Qui se tradentem in mortem sic hortabatur. dicens. Quod facis fac cicius.
Sequitur. hoc autem nemo sciuit discumbentium. Ad quid dixit ei.
Quidam enim putabant. quia loculos ~~loculos~~ habebat iudas. quia dixit
ei ihesus. Eme nobis que sunt opus in diem festum. aut egenis ut aliquid
daret. Loculos habebat. in quibus oblata seruabantur. suorum necessita
tibus et aliorum indigentibus. in quo datur forma ecclesie seruandi necessa
ria. sed quia iubetur non cogitare de crastino. nec frenis seruiat. nec pro ti
more inopie iusticiam deserat. Cum ille accepisset buccellam.
exiuit continuo. Erat autem nox. Exiuit continuo. quia a domino ma
nifeste recessit. Erat autem nox. quando iudas exiuit filius tenebrarum.